et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra proximos officij Actorum Castren Premysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutionem faciendo ac Commissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus suspensionibus fatalibus Juris Conscriptione Terrestri bello conventionesque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Has praesentibus personalibus Recognitionibus ad Acta praesentia mediante

Feria Quinta ante Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Tertio

2/x

Przyluska Hermanowskie Quietat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premysliensis Nobilis Anna de Grochowce olim Nobilis Joannis Przyluski Consors relicta vidua sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque Juris quibusvis proprijs et competentibus modo praesentis iuris Castren Capitli Premysliensis Jurisdictioni quoad actum hunc attinet se ac Successoribus ac bonis suis generalibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsa Generosum Petrum Hermanowski de Grochowce de Summa Mille florenorum polonicorum per ipsum sibi Recognitionis Actis Terrestribus Premysliensibus modo simplici debiti ad solvendum inscripta iam vero realiter soluta Et non ipsa Inscriptione debitoria Terrestri Premysliensi (de Commissis suo in tenore latiore) Quietat emittit liberumque et absolutum

absolute pronunciat perpetuo Inscriptionem p[rae]fatam Terrestrem Premysliensem debitoream in toto et totam Cassat, mortificat et annihilat Recognoscens ibi pro Summis realem p[rae]fatam esse satisfactionem et persolutionem

Hermanowski Przytuskiey Roborat.

Comparens personaliter coram officio et Actis p[rae]sentibus Castrensibus Capitaneatus Premysliensis Generosus Petrus de Grochowce Hermanowski sanus mente et corpore exemptus a Terrenis Dictibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus vadio p[rae]sentium vero Castrensi Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni quo ad actum hunc attraheat se ac successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subyciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse de ac suos successores [illegible] bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat p[rae]sentibus scriptum certum manuale per se Recognitum in rem et manus Generosae Annae de eadem Grochowce olim Generosi Ioannis Przytuski Consortis relictae viduae ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data eiusdem hic Premysliae die hodierna in actu contenta confectum data manu sui Regalis subscriptum et sigillatum In omnibus et singulis eiusdem scripti conditionibus punctis clausulis, articulis vadiis ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis eiusdem scripti contentis tam in toto quam in parte satisfacere scriptum p[rae]fatum manuale ad Inscriptionem p[rae]sentem roborationem et Inscriptionem p[rae]sentem roborationem ad p[rae]fatum scriptum vicissim in toto referendo Idque sub vadio Mille florenorum polonicalium per eundem Generosum Hermanowski aut ipsius successores p[rae]fatae Generosae Przytuska sive illius posteris ob non completionem contentorum scripti p[rae]fati ad solvendum succumbendo Pro quo quidem vadio modo p[rae]missa ad solvendum succumbito ac reliqua principalia ex contentis scripti p[rae]fati non completa complendo